



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-705520-p0001-8

DFG

1795, 14.

V N I V E R S I T A T I S L I T E R A R V M
L I P S I E N S I S

P R O C A N C E L L A R I V S

C H R I S T I A N V S D A N I E L E R H A R D V S

I. V. ET PH. D. SUPREM. IN SAXON. CVRIAEE, IUDICII PROV. IN LVSAT
INFER. ET COLLEGII I. CTOR. IN VNIVERS. LIPS. ADSESSOR
TITVLORVM DE VERBB. SIGNIF. ET DD. RR. I. A. PROF. PVBL
ORD. SACRI PALATII IMP. COMES, ACADEM. ELECT
MOGVNT. SODALIS

S V M M O S I N V T R O Q V E I V R E H O N O R E S

V I R O D O C T I S S I M O

C A R O L O L V D O V I C O P E I N I O

I V R I S V T R I V S Q V E B A C C A L A V R E O

A. D. XIII OCTOBR. A. C I C I O C C L X X X X V

C O N F E R E N D O S

I N D I C I T

*De eius, qui delicti maiestatis falso ciuem accusauerat, apud Athenienses
poena.*

UNIVERSITATIS LIBRARIA
LIBRARIUS

PROGENIE FAVIAS

CHRISTIANUS SANCTI IRMARDI

L. ET IN GASTRON. IN ALEXANDRIAE, IUDICIO PROX. IN LAVAZ
INFER. ET COLLEGI. I. OTO. IN VENET. 1562. APPENDIX
TITULARIA DE AENEIS. SUND. ET DI. RR. A. TRO. TAP
GOD. 2000. LAVAZ. IN. BONN. DIESERUM EDITIO
MOZART. 1785.

SUMMA IN AVROGAE IAR. HONORES

AVRO DOCTIRINA

CYRITO RADOACO PEINIO

ANNAE AVROGAE RECAGLAENO

A. O. XII OCTOBRI. A. C. 1510 CCCLXXXVII

COLLEGENDOS

INDICIT

Die nach den Regeln der Logik geschaffene Schrift ist ein Werk des Gelehrten

anteriori circumscribitur, non invenit per obum immo et suos ioldingas
in aliis. Et si potest, non excedat, quod non possit, non debet. Quod non
excedat superius, quod non possit, non debet. Quod non debet
non debet, non debet. Quod non debet, non debet. Quod non debet, non debet.

D E

EIVS QVI DELICTI MAIESTATIS
FALSO CIVEM ACCUSAVERAT
APVD ATHENIENSES POENA

PROLVIO

Omnia facinorum securitatem ciuitatis turbantium non erit facile
nullum, quod, siue periculi magnitudinem, siue iurium in discrimen vo-
catorum species gravitatem, atrocitate vincat illorum hominum per-
ditissimorum insolentiam, qui statum ciuitatis aut publica vi, aut
clandestinis consilio euertere, et, quo ipsorum prauis cupiditatibus sa-
tisfiat, magistratum et omni publica auctoritate proscripta, leui-
contra ac credula plebecula effrenatae licentiae illecebris excitata,
summa imis misere conantur. Qui quidem ut tamquam pessimi

3 2

ciues

cives iurisdictione coerceantur, et si hoc non sufficiat, tamquam publici hostes omni modo reprimantur, optimus quisque ciuitatis cuiusvis gubernator atque arbiter impensisima cura acerrimoque studio efficiat, necesse est. Quia in re summa prudentia summaque rerum peritia ob eam potissimum caussam requiritur, quoniam maxima cum cautione principiis obstari atque caueri debet, ne malum illud pestiferum clam disseminatum latius serpat, et in irreparabilem totius populi perniciem et futurarum progenierum certissimum exitium euadat.

SITATE CANTONIUS IVO 2013

Non mirum igitur, eam ob rem ciuibus, vt pestifera eiusmodi consilia atque coegerit, ubi ad eorum peruererint cognitionem, magistrati, aut principi ipsi indicent, non modo commendatum, verum etiam legibus fuisse intinctum, statutis in eos poenis severissimis, qui in ea re boni ciuis officio dolo culpa non forent satisfacturi, id quod non modo LL. Romanis vt L.V. pr. L. VI. C. ad l. Iuliam maiestatis et Nouella CXVII. c. VIII. §. I. verum etiam legis illius publicae a Carolo IV. sanctitate, quam bullam auream vocare solent, capite quanto §. X. constitutum inuenimus.

*elicitur ita nota iniunctio ciuiis inimicorum inimicorumque inimicorumque
-ov n Sed, ut fateamur ad ciuitatem tutam praestandam, hoc est, ad liberos nostros metropolis, et corpora, et si quae adhuc sunt, queae curae habemus atque ad vitam necessaria, seruanda, illam in imponenda accusandi necessitate, seueritatem requiri, et ob eamdem causam praemissis quoque ciuitatibus esse, sciamus, qui secretis malorum hominum moliminiibus ciuitati ruinam minitantibus reuelatis, tempublicani saluam esse voluerunt, et tamen multis annis*

etiam

etiam iisque trifissimis exemplis habemus compertum; iis ipsis temporibus, quibus publici periculi timore et ciues et principes aixii, tenentur suspensique, alio adhuc malo haud contemnendo premi solere ciuitatem, falsorum scilicet delatorum et calumniatorum audacia. Qui quidem, aut odio aliorum incensi, et vindictam priuatam impune exercendi commodam sepe occasionem nactos esse, rati, aut spe lucri allcti et excitati, de nulla re magis sunt solliciti, nisi, ut vel integerrimos et optimos ciues patriaeque ac principi fidelissimos magistratibus, aut ipsi principi, reddant suspectos atque infensos, et, si possint, longos carceres, honorum et munerum iacturam, aliae iis parent mala atque incommoda. Cui quidem societatis humanae pesti, quem eiusmodi homines vel in unitu verbi calumnia surdarum delationum et falsarum accusationum materiam inuenire calleant, quanto qui maiori est innocentia et animi candore, tanto erit haud raro magis obnoxius.

Quorum hominum nefarios ausus ut coercere conentur qui ad ciuitatum gubernacula sunt constituti, non vnam ob causam summae necessitatis esse videtur. Non solum enim priuati homines innocentes, si quoque liberentur a suspicione, fatem per eorum hominum malitiam turpissime vexantur et priuatae vindictae exponuntur, sed etiam qui securitatis publicae curam sustinet, dum ei quotidie turpissime sumus vendituri, falso et translatatio periculo auertendo intentus, haud raro a vera et fortasse proxima ac instanti reipublicae ruina oculos auertit. Quod quidem argumentum quum eisdem animo perpendarem, et mecum falsorum accusatorum et delatorum poenas hodie fere negligi dolerem, atque subscriptionem illam in crimen Romanis

manis in iudicio publico sollemnem admirarer; inveteratamque illam
illam usque fere abrogatam legem patriam contra duella a Friderico
Augusto II. anno huius seculi duodecimo latam, quae §. II. infamiam
minatur calumniatoribus, in memoriam reuocare: in mente quo-
que venerunt falsis accusatoribus legibus Atticis constitutae poenae,
de quibus paucis differere, neque iniucundum, nec propter instituti fa-
pientiam inutile fore duximus.

Licet vero contra eos, qui aliquid in rempublicam molirentur,
feuerissimas leges statuerint Athenienses, ita, ut hominem, qui euer-
tere rempublicum esset conatus, vel consilium tantum eiusmodi ce-
pisset, quilibet Atheniensium non modo impune posset occidere, sed
quisque ciuium quoque, ut hoc, si posset, faceret, adstrictus esset
iuris iurandi religione, cuius formulam ex Antocidis oratione de
Mysteriis exhibuit Samuel Petitus in commentario ad LL. Atticas,
Liber. III. Tit. II. Occisi vero bona fuerunt publicata, dimidia eorum
parte occisori in praemium, decima parte Mineruae addicta, hono-
resque diuini decreti iis, qui patriae hostem necaserent, iisque eadem cum
Olimpiaciis victoribus præmia tributa, et quidquid a magistratu pe-
tierint, concessum est, teste Cicerone pro Milone cap. XXIX. et de
Inuent. Lib. II. cap. XLIX. Quae omnia, uti pœstantissime docuit
Christianus Theophilus Hauboldus Vir Illustris diss. prima de LL.
maiestatis Populi Romani latè ante L. Iul. p. XXXIX quum maxime
ad sumnum delicti gradum et, ut nobis quidem videtur, potissimum
ad eum casum spectarent, quo quis ciuius rempublicam eo consilio
euertere conatus esset, ut ipse sibi in eam imperium arrogaret legi-
bus

bus solutum, et ob eam rem publicum hostem palam sese gesserit: tamen magna cum severitate omnes eiusmodi delictorum reos punitos, ex albo ciuium deletos, tormentis excruciatos, ultimo supplicio adfectos, cadavera infepulta abiecta, memoriam damnata, in absentes vero cum liberis, ne vinquam in patriam redirent statutum fuisse, veterum scriptorum testimonii abunde constat. Iam vero, licet vix illi populo contra patriae turbatores et reipublicae proditores grauiores poenae placuerint, quam Atheniensibus, iudicem tamen, ut accusatorum insolentia reprimeretur, sapientissime efficere studuerunt.

In uniuersitate quidem apud eos statutum fuit: ut qui criminis publici alterum accusauerit, si accusationem non fuisset prosequutus, mulctam mille drachmarum solueret, eamdemque poenam incureret, qui in eiusmodi iudicio quintam suffragiorum partem non tulisset, et hic non minus, quam ille, accusandi in publico iudicio facultate in posterum esse debeat priuatus, quod ultimum, ut docuit Petrus in commentario ad LL. Atticas Lib. V. Tit. V. cum honoris iactura erat coniunctum. Legem ipsam idem exhibuit ex Demosthenis orat. contra Theocrinem p. 1323 Vol. II. edit. Reisk. eiusque epitomatore in eiusdem orationis argumento p. 1321 his verbis:

ΕΑΝ ΤΙΣ ΤΙΝΑ ΦΗΝΑΣ, Η ΓΡΑΨΑΜΕΝΟΣ ΓΡΑΦΑΣ, ΜΗ ΕΠΕΞΙΗ, Η ΕΠΕΖΙΩΝ ΜΗ ΜΕΤΑΛΛΑΒΗ ΤΟ ΠΕΜΩΤΟΝ ΜΕΡΟΣ ΤΩΝ ΨΗΦΩΝ, ΧΙΛΙΑΣ ΑΠΟΤΙΝΕΙΝ ΚΑΙ ΤΟ ΛΟΙΠΟΝ ΜΗ ΦΑΙΝΕΙΝ, ΜΗΔΕ ΓΡΑΦΕΣΘΑΙ, ΜΗΔΕ ΑΙΓΑΙΕΙΝ, ΜΗΔΕ ΕΦΗΓΕΙΘΑΙ,

Quae

Quae lex quum imprimitis de eius modi criminis publici accusationibus agat, quae per τὴν γραφὴν fiebant h. e. quae scripto ad iudicem de iis deferebantur delictis, quibus certa poena legibus non erat constituta et quarum poena quanta esse debeat, ab accusatore aessimilabatur, ut docuit Desiderius Heraldus in obseruatt. ad ius Atticum et Rom. L. III. c. I. p. CXCII. iam quid circa hanc rem in eo accusationum genere, quae Εἰσαγγελίαι vocabantur, obtinuerit, disquisitamus.

Neque tamen hic, quae fuerit Εἰσαγγελίας dīxīs natura atque indoles, vberius exponere, nec celebrem illam accerrimamque de hoc arguento inter Salmasium et Desiderium Heraldum ortam contentionem, de qua Petrus Wesselingius in animaduersione prima ad Petiti commentar. ad LL. Atticas Libr. VII. Tit. XIII. p. DCLII. loquitur, enarrare constituimus, quini hoc nec ferant, huius profluvionis fines neque instituti ratio penitiorum huius loci disquisitionem exigat.

Remissis igitur lectoribus ad ea, quae et Heraldus l. l. cap. VII. et sequ. et Hauboldus noster in doctissima, quam supra laudauius, commentatione p. XXXVIII de Εἰσαγγελίας natura disputarunt, hoc vnum monere opus est, Εἰσαγγελίαν ad ea tantum delicta contra rem publicam commissa spectasse, quae dicebantur αὐγεάφα, et quae enumerata inueniuntur apud Pollucem libro VIII. cap. VI. Et hunc quidem de isto arguento ita legimus differentem: ή δὲ Εἰσαγγελία, τέτακται ἐπὶ τὰν αὐγεάφων δημοσιῶν αδικημάτων, κατὰ τὸν νόμον τὸν

τὸν ἐισαγγελτικὸν. ἀμφοτέρας γάρ λέγοσιν ὡς περὶ ὧν ὅντις ἔισι
νόμοι ἀδικῶν δὲ τις ἀλίσκεται. ή Αρχων, ή Ρήτωρ, εἰς τὴν βελὴν
ἐισαγγελίου διδοται κατ’ αὐτὸν κανὸν μέτρῳ μὲν ἀδικεῖν δοκεῖ, ή βελὴ
ποιεῖται ζητιας ἐπιβολή ἀν δὲ μεζώω παραδίδωσι δικαστηρίῳ. το
δέ τιμηρος, ὅτι Χεὶ παθεῖν, ή ἀποτίσαι. Ἑγγυούτο δὲ καὶ ἐισαγγε-
λικούτα τῶν καταληνότων τὸν δῆμον Ρητέων, ή μὴ τὰ ἄξια τῷ δῆ-
μῳ λεγόντων, ή πρὸς τὰς πολεμίους ἄνευ τῆς πεμφθῆναι ἀπελθόν-
των, ή προδοντῶν Φρέριου, ή σρατιάν, ή νέων, ὡς Θεόφραστος
ἐν τῷ περὶ νόμων. ὅτι δέ ὁ ἐισαγγέλιας καὶ ἔχει ἐλῶν ἀξίμιος
ἡν. Τπερδης ἐν τῷ περὶ Δικόφρονος Φησι. καίτοι γε ὁ Θεόφραστος,
τὰς μὲν ἀλλας γραφάς γραψαμένους, χειλίας τὸ φλισκάνειν, ἐν
τῇ πέμπτῃ τῶν ψήφων μὴ καταλάβοιεν, καὶ προσατιμᾶσθαι.
τὰς δὲ ἐισαγγέλλοντας, μη ἀτιμᾶσθαι μὲν, ὄφλειν δὲ τὰς χιλίας.
ἔοικε δὲ τέτο διὰ τὰς γαδίως ἐισαγγέλλοντας ὕσερον προσεγγράφ-
θαι. Ex quo quidem Pollucis loco spectatiss videmus τὴν ἐισαγ-
γέλιαν seductionem populi per oratores, desertionem militum, potis-
sum vero patriae proditionem et consilia ad euentandam rem-
publicam coepita, quo cum conspirant, quae Petius l. l. ex Vlpiano
ad Timocrateam et ex Harpocratione attulit. Simil autem iisdem
auctoribus constat, mulctam millium drachmarum iis accusatoribus
fuisse statutam, qui in ἐισαγγέλιᾳ non saltem quintam punctorum
tulissent partem. An vero iudicem ab accusando fuerint prohibiti, dubium
posset videri. Hauboldus quidem l. l. nullam aliam poenam, praeter
mulctam, accusatori, qui in ἐισαγγέλιᾳ cauſa cecidisset, irrogatam
fuisse ex praemissio Pollucis loco colligit, quum ibi legamus:
τὰς ἐισαγγέλλοντας μὴ ἀτιμᾶσθαι, quod in iis, qui γραφῆ

vsi fuissent, quoties quinta suffragiorum pars ipsis non esset addisputata, ob eam causam siebat, quoniam accusare prohiberentur, quia cum re, ut supra diximus, *άτυκα* erat coniuncta. Sed, ut fatear, negari non posse, *εἰσαγγέλωντας* acusationis eo casu iacturam non fecisse, tamen mihi non possum persuadere, eos accusandi quoque facultatem retinuisse. Primum enim eius rei plane mentionem non fecit Pollux, sed tantum infamiae, ita ut non sine specie flatuere posse videamus, prohibitionem accusationis in falsa γραφῇ cum honoris iactura fuisse coniunctam: in *εἰσαγγέλιοις* non fuisse. Deinde loca Demosthenis a Petito laudata ad *εἰσαγγέλιαν* quoque posse referri autumamur: saltem non de sola γραφῇ, ista intelligi posse, inde patet, quoniam ibi verbis: γράφεσθαι γραφὰς adiuncta inuenimus ista: οὐ φάνεται, quod teste Reiskio in Indice Graecitatis Demosthenae pag. DCCLXXVII, significat indicare magistratu aliquod delictum seu denunciare, id quod τῷ γράφεσθαι opponitur. Meo igitur qualicumque iudicio iste Pollucis locus, infamia quidem eos, qui *εἰσαγγέλια* falso aliquem essent persequuti, non esse notatos indicat, sed ex eodem, remansisse iisdem hominibus facultati accusandi, non posse colligi, existimo, potissimum quam expressa legis verba qualia in iudicio praelecta fuerunt, legamus apud Demosthenem, quibus quidem standum esse arbitror, ita ut Grammatici illius effata magis ex lege; quam legis verba ex eo, quod homo iste priuatus tradidit, sint explicanda. Adcedit et hoc, vt, si Pollux ita esset intelligendus, quasi eos tantum, qui γραφὰς alterum falso accusauerant, accusandi facultate fuisse priuatos, adseruerit, grauiter eum errasse et legi ipsi contradixisse non potuisse negari; nam ubi is eos

me-

m m or at, qui ob leuem, aut calumniosam accusationem infamiae notam incurserent; non nisi γεωφ s γεωφ m n v facit mentionem, quum tamen, vt vidimus, lex nostra non modo de γεωφ  loquatur, verum etiam περὶ τ ς φ m v, quod quantum a γεωφ  differat mox docuimus. Neque dubitamus fore, vt qui locos a Petitio I. I. pag. CCX. laudatos comparauerit, in eamde[m] de hoc argum ento nobiscum descendat sententiam.

Sed quicquid etiam huius rei sit, poenam non modo in eos, qui dolo malo aliquem falso eriminis maiestatis accusassent, verum etiam in hos statutam fuisse videmus, qui levitate inducti culpa sua effecissent, vt suspicione[n] grauissimi illius delicti ciniis innocens aliquis incurret.

Legis vero causam optime exponit ipse Demosthenes in orat. contra Theocrinum p. 1323 ἵνα μητ  συκοφαντ , μη ἐργολάθη
ἢ καταφ m  τ s τ s π λεos.

Maiori autem adhuc severitate Athenienses eos infectati sunt, qui alias criminis in religionem falso accusassent, quibus poenam mortis fuisse subeundam discimus ex Pollucis Libro octauo, cap: VI. §. XLI.

Videmus igitur Athenienses, licet poenis atrocissimis perduelles et publicae auctoritatis hostes persequerentur, tamen ob eam rem non tolerandam putasse accusatorum licentiam, sed poenis statutis cauisse, ne perditi homines, aut lucri et odii catissa, aut levitate commoti alios immerito in suspicionis discrimen vocarent.

Sed hic quidem subsistamus; quoniam de eo iam verba sunt
facienda, cuius causa haec omnia sumus praefati, de

V I R O
NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
CAROLO LUDOVICO PEINIO

IVRIS VTRIVSQUE BACCALAVREO,

qui de vita non sine laude peracta haec ad nos retulit:

Natus Pilsuerdae, pago Saxonice prope Torgauiam sito A. R.
S. MDCCCLXIV. patre Ludouico Alberto, e matre Charlotta, Bruck-
meyeri filia, summae parentum in formandis et excollendis animi
mei corporisque viribus curae adhibitate, si quid in utrisque valeo,
totum fere debo. Quamuis enim pater primis vitae annis, variis
administratoris reddituum praedii nobilis, quo in patrio pago tum
temporis munere fungebatur, negotiis districtus, non posset, quod
vellet, educationi meae tempus tribuere; mox tamen quam Cala-
viam, Lusatiae inferioris oppidum, munere isto defunctus, se-
contulisset, et ipse, et priuatorum magistrorum ope effecit, vt nulla
tam eruditioris, quam institutionis, parte essem destitutus. Satis itaque
latini sermonis imbutus principiis, atque anno MDCCCLXXIX scholae
Portanae alumnus adscriptus, Geisleri, Barthii, Hildebrandi, in pri-

mis Handii, cuius nullo in me tempore pia delectabitur atque grata memoria, per sex ferè annos ita sum usus institutione, ut anno MDCCCLXXXV. Lipsiensis Academiae ciuibus me adnumerare Schwarzius, tunc temporis Rector Academiae haud dubitaret. Hic equidem scholis Platneri ac Seidliti philosophicis interesse, Sammeti, de Iure naturali et historia iuris paelectiones frequentare; Junghanssi, qui principi iam est a consiliis, Institutionum Digestorumque commen-
tionem excepere: quam tandem Schottus de nostra quondam Academia antecessor valde meritus, Canonici Iuris disciplinam traderet, et quem orandarum caussarum Kindius modum exponeret, audis haurire auribus, eaque omnia intimo condere pectori curae cordique habui. Et licet per aliquot annos a togata hac militia me abdicare co-
actus essem, ante biennium tamen denuo ad studia me adcingere, Themidosque sequi eoeipi vexilla. Ac maiorem iam operam iurispruden-
tiae daturo Summi nostrae Academiae Viri Antecessores, Rauius
in Iuris Feudalis disciplina, Binerus in Iure publico, Erhardus in
canonico iure, Einertus in tractandarum caussarum ratione, nec non
arte ex actis judicialibus referendi, duces mihi extiterunt praeflantil-
sum, quibus, quos percepi fructus uberrimos, quique iam inde
mihi inflant, honores splendidissimos grato memorique acceptos
referre animo numquam desistam. Et sane, quae tum ex publica
variariis iuris dubii thesium Knoetzschero Icto praeside suscep-
ta defensione, tum ex tentamine, quod pro Candidatura et Praxi
a. MDCCXCIV subii, tum ex eo, cui summos me iuris honores pe-
tentem nuper subiucere oportuit, mihi accesserunt ornamenta, toto
nunc laetarer pectore, nisi ex flebili patris dilectissimi obitu tantam
ante

ante aliquot menses concepsim trifitiam, ut gratissima illa officia, quibus omnibus huius Academiae iuris Doctoribus obstrictum me sentio atque deuinctum, plane adhuc potuerint diluere, atque remouere animi luctum.

Cui Viro Doctissimo, quum nobis in vitroque colloquio, cui sepe obtulit, paratae et adecuratoris doctrinae haud ambigua exhibuerit documenta, nec minus a. d. XII. Octobr. h. a. publice l. VI. C. de donatt. publice sit interpretatus, summos in legitima scientia honores decernere haud dubitauimus. Quod quum publice, moreque maiorum rite sit peragendum, huic sollemnitati ab Ordine nostro dictus est dies huius mensis decimus tertius, quo quidem die Vir Illustris D. CHRISTIANVS GOTTL. BIENERVS CVRIAЕ IN SAXONIA SV-
PREMAE ET COLLEGII NOSTRI ADSESSOR, INSTITVTIONVM P. O.
Collega Dilectissimus, cui inimus promotoris a me est demandatum, candidatum dignissimum, defensa antea ab eodem, me Praeside, ipsius de finibus arbitrio iudicis a legum latore ponendis commentatione, et habita sollempni oratione dignitate Doctoris iuris utriusque, cum iuri-
bus praecipuis, quae cum ea sunt coniuncta, ita tamen, ut inter do-
ctores, qui nostri vocari solent, locum non obtineat, est ornatus;
cui sollemnitati, vt Vos, RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, COMI-
TES ILLVSTRISSIMI, DDCTORES ET PROFESSORES IN HAC LITE-
RARVM VNIVERSITATE CELEBERRIMI, ET RELIQVI VTRIVSQVE
REI PVBLICAE PROCRETES GRAVISSIMI, nec minus Vos, NOBILISSI-
MI AC DOCTISSIMI COMMILITONES, praeftentia Veftra splendorem
veitis

velitis conciliare, ita Vos, ea qua' par est reuerentia et obseruantia, ro-
gatos enpio, vt ad queuis officii et humanitatis documenta vicis-
sim me Vobis profitear obstrictissimum. Scripti in litterarum Vniuersi-
tate Lipsiensi, Dominica post festum Trinitatis xix. a. cccc lxxxv.

L I P S I A E

EX OFFICINA KRAMERIANA.



V.2

TIPS AND

EX OCTOCINA KARAMELLO

Lipzig, Diss., 1795 A-E

1078

ULB Halle
006 609 724

3

SB



C A R O L

V N I V E I

CHRISTI

J. V. ET PH. D. S.

INFER, ET CO.

TITVLO RVM.

SVMMOS

RARVM

-VS-

RHARDVS

I PROV. IN LVSAT.

LIPS. ADSESSO

A. PROE. BUD.

11. TROT.

HONORES

PEINIO

De eius, qui

it, apud Atheniensis

